

DE DANIELIS CONCINÆ

VITA ET SCRIPTIS

COMMENTARIUS.

CAPUT I.

Ortus ejus, genus, parentes, & educatio.

DANIEL CONCINA, celeberrimus vii nostri Theologus, & Ecclesiasticus, quem non pauci Scriptores ortum Venetiis crediderunt, Patriam habuit *Clauzetum*, Provincie Foro-Julienſis pagum in Diocesi Utenſi. Natus est autem anno Reparate Salutis MDCLXXVII. VII. Id. Oſobris, dieque inſequenti in Divi Jacobi Parocia sacro baptifmate tinctus, & Daniel appellatus; ea fortasse de causa, quod pagus ille septimo circiter lapide diſtet ab illustri caſtro *S. Danielis*, ex quo prodiit *Iuſtus Fantaninus*, Archiepiſcopus Ancyranus; vir eos inter, qui optimas artes excolere, nulli ſecundus.

Parentes ipſi fuerunt *Petrus Concina* q. *Leonardi*, accerrimi vir ingenii, & *Paſqua Cecconia*. Quamquam porro honeſtum genus ſortitus ſit, non deſuere tamen qui per ſummam calumniam atque impudentiam ipſi natalium obiecerint ignobilitatem (1). Hoc ſane honoratorum virorum fatum eſt, ut poſteaquam, rerum præclare geſitarum gloria vitæque innocentia, magnum ſibi nomen decuque fecerunt, a male ſeriatiftemmatum quaſitoribus, petulantia illa demum atque ignava injuria pulſentur. Ut bonis, quæ fortune dicuntur, abundabant *Danielis Concina* Parentes, ſic copioſam ſobolem, Deo largiente, ſuſceptam, optime alere atque inſtituere poterunt. Sex mares tulere, an etiam aliquot feminas mihi incompertum. Horum natu maximus non multos annos inter mortales exegit. *Daniel*, de quo ſcripturifumus, ſecundo loco, ut vocant, natus eſt. Hinc luceedit *Nicolaus*, *Leonardus* antea dictus (illud enim nomen tum ſolum acſcivit,

Tom. I.
(1) Inter alios Auctor infamis libelli: Ritrattazione di F. Daniello Concina inſcripti, de quo infra erit ſermo.

(2) In Commentario de rebus Congregationis B. Jacobi Salomonii Ord. Prædicat. pag. 488.

cum in Ordinem Prædicatorum admiſſus eſt) qui præſtantis ingenii, eximiarque doctrinæ famam indeptus, Veneti Senatus ampliffimo edicto, in Patavino Gymnaſio Metaphyſicæ docuit, & plura nec vulgaria ſuorum ſtudioſorum monumenta edidit in vulgus, quæ P. *Joannes Bernardus Maria de Rubis* recentiait (2). Fratris ſui certaminum, ac laborum extitit ſedulus atque curioſus inſpector, at nec commilito unquam, nec adiutor. *Palmonari* vomica exunctus eſt incoente anno MDCLXXIII. ætatis anno ſexageſimo nono, eumque laudavit *Joannes Laminus*, clariffimus Ephemeridographus Florentinus. Poli *Nicolaum* recentendus eſt *Petrus*, qui, in fortem Domini vocatus, in eodem Patavino Athenæo theologia lauream meruit. Hunc ſequitur *Jacobus*, qui, rei domeſticæ cura ſuſcepta, familia cum opes auxit, tum eandem honoribus ita nobilitavit, ut *Conciniana* Domus inter claras, atque inluſtre Provincie Foro-Julienſis familias modo cenſeatur. *Balthaſſar* denique, natu minimus, inter Franciſcanos Fratres, quos *Conventuales* appellant, adſcriptus, ipſo ætatis flore deceſſit; magnus, ut licuit conſpicere, vitæ evaſurus, ſi ipſi diuturnior lucis ſtura contigiſſet. Hæc unius familie natorum cenſio, magnum, ut ego quidem reor, illius elogium eſt, & ſatis congrua laudatio.

Hiſce in antecellum conſtititis, cæterorum more Hiſtoricorum, nunc ceptum Commentarium proſequar. *Daniel* igitur primos ætatis annos pueriliter, ut mos eſt pueris, tranſlegit; deſunt enim mihi prodigia, quæ plerique clarorum virorum vitas geſtorumque initia mirabiliter exornant. Cum primum per ætatem licuit, latinis litteris in Patria imbutus eſt ab *Joanne Elero*, Grammaticorum apud ſuos exactiſſimo. Grandioris vero facti curſum in litteris maxime retardavit inopia præceptorum, ut in pagis ſæpe contingit; quamvis ingenio eſſet ſcientia-

(A)

tiarum cupidissimo. Interea parens, quo si-
lii animum litteris moribulque informaret,
atque excoleret, eum Goritiam, ad Colle-
gium scientiarum & artium PP. Societatis
Jesu, statim misit. At hic frustra quaerita
infortuna fortuna, quae in pascio desideraba-
tur; praepotes namque nactus natione
Germanos, quos italice, latinaeque musae
vel nunquam vel perraro favent, nulla
elegantiorum litterarum noticia potuit animum
informare. Habuit tamen, unde iidem Pa-
tribus gratias rependeret quam maximas;
moribus namque egregie excultus est: quem-
admodum ipse non semel, grati animi cau-
sa, ex scripto confirmavit (1).

CAPUT II.

In Ord. Praed. cooptatus sedulo in studia
litterarum incumbit.

A Patre domum vocatus, quodnam vi-
tae genus eligeret, animo coepit re-
volvere. Venerat ei saepius in mentem no-
men dandi Societati Jesu; at duabus post-
modum de causis, se avulsim saepe, conse-
quenti tempore testatus est; altera nimirum,
quod is coetus, splendidis domibus cultoque
insigni resplendens, evangelicam paupertatem
humilitatemque non admodum sibi praesere-
re videretur; altera vero, quod ex eo facili-
ter egredi quis posset, facillime etiam expelli.
Igitur, postquam supremum Numen accu-
rata supplicatione consulisset, ceteris In-
stitutis celeberrimam B. Jacobi Salsomithi
Ord. Praed. Congregationem, cui sibi sui-
que genio apprime opportunam, antea tulit,
probaturus illico Patrum suffragiis omnibus
anno MDCCVII. mense martio, in eandem
Covellianam, in Cenobio SS. Martini & Ro-
se, cooptatus est. Hic morum institutorem
habuit P. Angelum Rosa Lucensem, sub
quo arreptam optime vitae rationem scilicet
& sanctae et prolecutus; exactoque proba-
tionis anno, mense Majorum, solemnia va-
cantis sacramento firmavit decimo septimo Ka-
lendas April. anni insequentis. Tum vero
quietem ac secessum nactus, multo cum ani-
mi fervore philosophicis disciplinis animum
adjunxit, in iisque sese acerrime exercuit;
postquam ea, quae pietatis erant, accuratissi-
me impleverit. Triennio in philosophiae

(1) Cap. XIII. §. 1. Praefat. ad Christianam Theologiam, tum Tom. I. pag. 124. De-
fensionis Decretorum Concilii Tridentini &c. & aliis in locis, quae, necessitate com-
pulsus, Patribus Societatis saepius objicit.

legerat, summa cum omnium approbatione.
Itaque, jam non dubius eam Dei vocem esse,
in id muneri ex ea hora statuit toto
pectore incumbere, quod antea averbaratur,
gravissimo opinionis errore deceptus. Quid-
quid inde a docendi munere supererat tem-
poris (supererat autem plurimum viro otii
impatientissimo) in id totum impendit. Ita-
licam in primis linguam excoluit: qua a
Germanis edoctus praepotes neque hiliam
perfecerat; imo laborare etiam debuit, ut,
quod Goritia hauserat, dediceret: quemad-
modum his plerumque contingit, qui a ma-
gistris minime bonis eruduntur. Optimos
hinc eratici idiomatis scriptores diurna, no-
turnaque manu versans stylium suum ad eor-
um imitationem subigere, ac castigare cepit.
Cujus quidem laboris uberrimum postea
fructum tulit: nam eam est affectus dicen-
di copiam, atque elegantiam, quam licet
exploitatum omnino non aulim pronuciare;
audientium tamen ac legentium animo non
injucundum dicere non dubitaverim. Atque
in illius quidem linguae, ac sapore perci-
piendo uberius etiam profecisset, si de sty-
lo potius, quam de rebus fuisset sollicitus.
Quo nomine commendandus quammaxime
videretur, cui qui eam dicendi vim, atque
formam, in quam naturae impulsu ferebatur,
perpolire, seque magis ac magis in ea con-
formare caraverit. Ut vero difficultia, atque
aequaliora sunt initia rerum, cum primis ad
scribendum bene contulit, tantum incommodi,
ac difficultatis experiebat; ut id, quod
animo conceperat, se nunquam crederet con-
secuturum. Atqui animum non despondit;
sed fretus Dei auxilio ardua quaeque per-
tentanda ratus, unam quovis mense concio-
nem, licet rudem incultamve, elaborare
statuit. Hinc toto triennio, quo Forojulii
philosophiam docuit, conciones ultra xxx.
composuit, eaque postea expolivit, dum
ibidem denuo eandem disciplinam professore-
tur. Scribendi interim difficultatem tem-
peraverat ulla, qui optimus scribendi di-
cendique magister habetur; minuere vero
fastidium egregia rerum divinarum, sacro-
rumque Bibliorum, quam sibi assiduo
labore paraverat, cognitio, ingenique supel-
lex. Harum studio rerum nunquam inter-
missam Sanctorum Patrum lectionem adie-
cit, seditiosaque praecipue Chryostomum,
atque Augustinum; quorum tamen loca do-
ctrinarum se in miscellaneis suis omisit ve-
hementer postea indoluit. Ita porro secte-

to, ceterisque quibuscumque incisis hanc ope-
ram possuit, ut nemo ipsam tunc praer-
manibus conciones habere suspicari poterit.
Quod et pro voris facilius etiam cessit:
nam & scholae maniera obibat diligentissi-
me; & a foetis suis ad id muneri ineptus
putabatur.

Igitur, quae post annos in componen-
dis concionibus insimulatis, integrum absolu-
tumque quadragesimalium dierum cursum per-
fecit. Ad atatem usque annorum xxxiii. e-
suggestu diverat nunquam. Petita inde fa-
cultas, sacris Dominicis Adventus diebus
in majori Forojulii Ecclesia sacrum ministere-
ium exorsit et cum civium plausu, tum
maxime suorum concellitarum admiratione,
quibus stuporem iniecerat canora ejus su-
avique vox, quae cum nec minimum audi-
retur dum hymnos concineret, eo in tempo-
re adeo elare personabat, ut remotiores an-
guli, additiorumque recessus eandem excipe-
rent. Integras postmodum conciones concio-
narum, quae valebat plurimum, ita mandavit,
ut omnes, dierum quatuor spatio, recitarent.
Antequam tamen magis nostris Ecclesiarum
fugulibus sese committeret, in pagis,
ac castris satis frequentibus ecclesiam egit,
dum interea theologicis disciplinis Forojulii
profiteretur, multaque ad eum audien-
dam libenter concurrerent. Inde in Ecclesia
Parochiali Portus-Naonis, vulgo *Pordenone*,
Lugi rum apud suos, postmodum Floren-
tiae in celeberrimo templo S. Mariae Novellae
concionatus est. Qua in urbe tanta
omnium acclamatione dixit, ut ab Episcopo
evocari postmodum ad Ecclesiam sibi con-
creditas coepit. A. MDCCXVII. rem gratam
facturus P. Gullielmo Molo, qui Ordinis
Praed. Procuratoris Generalis, ut vocant,
munere egregie sanctus est, Bononiae qua-
dragesimalis pariter conciones habuit, sum-
ma totius doctissime urbis gratulatione, ac
praecipue Card. celeberrimi Thome Ruffi,
Romanis Pontificis ailegati, cujus amici-
cia exinde, atque benevolentia perpetuo
est usus. Anno insequenti, curante Vincentio
Ludovico Gotio, qui purpuratorum Patrum
senatum plurimum illustravit, ideam
manus obivit Romae in Minervitano S. M. Templo. Hinc fama praedicationis
ejus in urbe urbium vulgata, & celerissime
ceteras quoque pervadente, sacri oratoris
manus in illustrioribus Italiae civitatibus exer-
cuit, clarissimum quoque nomen, & insignis praed-
icationis celebratam adeptus est, quemadmo-
dum

nario desiderabatur. P. Amort, ut abs se factam Pontasii editionem taretur, Concilio respondit, edito Assulge A. MDCCXXXIX. opusculo ita inscripto: *Controversia nova moralis recenter mota in nova editione Pontasii Veneta. Amortio satisfacere Concina decreverat: sed incepto abstinuit, cum alterum Theologum navare hanc operam audivisset (1). Emendavit tamen nonnulla ejusdem placita (2), nec minimum obstante amicitia, quam cum eodem inerat.*

CAPUT VI.

Disciplinam Apostolicam monasticam in vulgus emittit.

E vulgato duplici Commentario gravis Concina cura coquebat alterius eadem de re operis vulgandi *Disciplina Apostolica monastica* inscripti, cuius licet significat *Commentarius duplex*. A. MDCCXXXVIII. Romae in Basilica S. Laurentii ad Damascum verbi Dei praeco delectus viros doctissimos consuluit de initio a se, susceptoque molimine; a quibus excitatus ardentius in opus incubuit. Qui interim politico supercilio sacrorum curas ministrorum intuentur, Apostolicam predicationem non satis bene Concina cessuram praenuntiaverant propter editum *Commentarium duplicem*, quo exulcerati credebantur animi multorum. At Concina, tota plaudente urbe, iis diebus & audis, & humanissime ab Romae Aule primoribus, ac praecipue a Card. Otobono exceptus est. Quare quieverunt, qui ceteri turbas foras se cogitaverant. Venetias rediit opus ab se confectum, atque Annibali Albano, Episcopo Sabineni, & S. R. E. Card. Camerario dedicatum, praelo subiecit cum haec epigraphae: *Disciplina Apostolica monastica dissertationibus theologicis illustrata, & in duas partes tributa, in quarum una de voto pauperatis vitae communi circumscripto, in altera de ceteris ejusdem disciplinae capitibus*

- (1) Adversus meas observationes P. Amort edidit opusculum inscriptum *Controversia nova moralis*, ubi doctrinam suam meis consultationibus asserere, & novis confirmare documentis studet. At, illo firmoque manente amicitiae fœdere, dicere mihi liceat, nihil in hoc opusculo deprehendi, quod *Animadversiones* meas vel tantillum debilitet. Imo viris doctis opusculi praefati doctrina magnopere displicuit, eamque & ratione & Scripturae sacrae auctoritate resellerant. Scriptum adhuc ineditum est temporum calamitate: at lucem affert oportuno tempore. Quare libenter ego abhinc a resellendo opusculo P. Amort amicitiae meae, quem magni facio ob ejus merita, doctrinaeque integritatem, zelumque in laudanda disciplinae tum Monasticae, tum Ecclesiasticae, Concina Diss. IV. libri inscripti Usura Contractus Trini §. IV. n. 1. & 2. pag. 743. (2) *Locci*

praecipuis deseruit. Accedunt selecta quaedam veterum Theologorum monumenta. Venetis ex Typogr. Balleon. A. MDCCXXXIX. Universi hujusmodi operis, quo illustratur, ac perfectius hac in materia nullum habentur prodiit, systema hujusmodi est. Claustrales omnes, vi saltem praecipui, exactae bonorum communitati, cujusque privati peculii vacuae, devincti sunt; quemadmodum cum Canonice, tum Theologi docent. Professio autem monastica mutuum includit contractum, quo claustrales cuncta, tum praesentia, tum futura bona, domino Religiosis subjiciunt, & solemni voto consecrant. Religio vicissim victum & vestitum, seu omnia necessaria alumnis suis, & bene valentibus & infirmis, de communi patrimonio se collaturam spondet eodem ritu & solemnitate. Si autem Religio suo delit muneris; videlicet si negligat aut omittat necessaria alumnis suppeditare, continuo in his jus naturae conlurgit, quemlibet praecedens contractum, vi cujus religiosus industria propria victum, vestitumque sibi comparare possit. Axioma illud: *Quidquid acquirit monachus, acquirit monasterio*, supponit exactam communitatem; alioquin si monasterium nollet nec induere nec alere monachum, tum ipse usum saltem rerum necessarium ad vitam alendam vestiendamve, naturae lege sibi comparare, seu retinere posset, cum animi promptitudine omnia in communem usum conferendi, quoties monasterium praesens de communi necessaria subministrat. Religiosi, qui hanc promptitudinem animi non habent, sunt in statu gravis culpe, sicut & praetati, qui pro virili negligunt exactae communitatis observantiam, repositis peculis, dum id abique scandalo, & re ipsa praestare valent. Quot laudibus eximium opus pii quique doctissime viri profecti sunt, dici vix possit. Extant ad Concina non Italorum modo, sed Germanorum, Hispanorum, Gallorum, aliarumque gentium illustrium virorum epistolae, uberrimum ex ejus opere collectum, collig-

gendumque fructum referentes. Non defuerunt tamen, qui non modo mulierant, sed & palam reprehendere Concinae sint ausi, quali monachis cunctis jugulum praebuisset. At hi quidem, licet clamarent, & magna se habere momenta iactarent, operis tamen soliditate deterriti nihil vulgarunt, si PP. Gundisalvum Carratinum & Pium Thomam Millante, ex Ord. Praed. excipias, quorum scripta, atque inlolimina opportuno loco narrabimus.

CAPUT VII.

Origo & progressus controversiae de jejuniis cum usu carniis conjungendo.

QUO interim tempore Concina modo memoratum opus typis commiserat, concertatio de jejuniis cum usu carniis conjungendo in Emilia exorta fervebat. Hujus exordium & causas ab initio proponere necessarium est, tum quod cognitis causis cetera etiam facilius intelligantur, tum quod hujus narratione lumen affulgebit iis, quae sumus dicturi. Igitur A. MDCCXXXVI. Fidentinus Episcopus, vulgo di Borgo S. Donnino, edicto lato, caverat: eos, qui ob ciborum quadragesimalium fastidium carnis vescerantur, ad jejunii leges, atque custodiam nihilominus obstringi. Dura ac non ferenda vilia est nonnullis omissi Antilitis praecipio. Initio in plurimorum aures multitarum; inde justum mandatum palam acceptum, improbari, im-

ac contenti. Has voces favebant, iisque addebant robur confessari non pauci, qui fideles ad se accedentes, liberalitate summa & damanda indulgentia a jejuniis excimabant. Alexander Mantegatus, presbyter Piacentinus, elegantissima dissertatione (1) Fidentini antilitis edicti latis opportune & timentem demonstravit, ac vindicias scriptit. Mantegati dissertationi, latino idiomate exaratae, Diatribam italicam opposuit Petrus Copellottus, presbyter pariter Piacentinus (2), eamque suffragio suo munuit Archipresbyter Bartholomaeus Casalsus. Mantegatus, comparata sibi ex scripto Lud. Antonii Muratorii sententia, adversus Copellottum quamcivissime responsum adornavit (3) una cum suffragio Muratorii, quod viro mitissimi ingenii perincommodum accidit (4). Aliis deinde lete de controversiae immixcentibus multa scriptiones vulgatae sunt, praecipue ab Antonio Ab. Carbonate, & P. Benedicto Maria Brigole, quorum ille Mantegati, hic vero Copellotti opinionem tuebatur: quas binnes elucubrations, cum editas, tum manu exaratas percerere ut longum sit, sic minime necessarium. Copellottus interea, in consortium vocato Bartholomaeo Casalio, post duos annos adversus Mantegatum, edita *Dissertatione Theologico-moralis*, decretavit (5); quamvis nonnulli putaverint hanc non absque Theologo fuisse elaboratam; sed hoc presbyteros nomen, Herculem vero Montium Jesuitam operam locasse (6). Quilquis tamen hujus dissertatio-

- (1) De jejuniis cum usu carniis conjungendo. Piacentiae MDCCXXXVI. Typis Jacopatii.
(2) Dell'incompatibilità del Digiuno col mangiar delle carni. In Piacenza MDCCXXXVI. per il Bazacchi.
(3) Giudizio del dottissimo Sig. Dottore, e Proposto Ludovico Antonio Muratori intorno alla dissertazione latina *De jejuniis cum usu carniis conjungendo* del Sig. Dottore in sacra Teologia sc. Alessandro Mantegatti, esibito in una lettera al Sig. D. Bartolommeo Casali Arciprete di Stadera, in risposta alla Diatriba del Dott. Pietro Copellotti. In Piacenza MDCCXXXVI. *Adversus hanc Copellotti Diatribam, alsernon quoque opusculum editum est sic inscriptum*: Nuova maniera di comportare in prosa criticando in volgar lingua, tratta dalla Diatriba dell'incompatibilità del Digiuno col mangiar delle carni del Dottor Pietro Copellotti stampata l'anno MDCCXXXVI. In Piacenza per il Giacopazzi Stampator Velocivile MDCCXXXIX.
(4) Jo: Franciscus Soli in Vita Patris sui Lud. Ant. Muratorii. Cap. IX. §. VIII.
(5) Dissertazione Teologico-Morale critica intorno all'incompatibilità del Digiuno col mangiar delle carni. Opera dell' Ab. Pietro Copellotti Teologo dell' Eminentiss. Card. Trojano de Acquaviva; e di Bartolommeo Casali in risposta all'apologia della dissertazione del Dottor Alessandro Mantegatti, 8. In Venezia per Gio: Battista Recurti MDCCXXXVIII. *Quamvis hunc annum praefatam isthac dissertationem, certum tamen est, atque exploratum nonnulli A. MDCCXXXVI. Venetias fuisse transmissam, ibique editam.*
(6) Jo: Franciscus Soli Muratorius loco cit.

ratiōnis auctor habendus sit, parum profuerit ulterius inquirere. Id certo constat, A. MDCCXXXIX. Venetias, ut typis euderetur in *Recurri* officina, transmissum fuisse. In hujus autographum, quam incidisset Concina, & curiole capisset evolvere, typographum dehortatus est, ne illum e prolo suo exire sineret librum, in quo opinio sacris jejunii legibus, ut sui quidem ferebat sententia, adversa tradebatur. Sed frustra. Quoniam igitur typographum ab eo consilio avocare non poterat, ab eodem est consecutus graviorum theologorum testimonia, quorum ingentem numerum et presbyteri confarinaraverant, exscribendi facultatem. Hoc paucarum spatii horarum in officina confectio, operi adlaborando illico manus adiecit, quo egregie Ecclesiastici jejunii vim tutatus est.

CAPUT VIII.

In Copellotum & Casalium librum emittit: La Quaresima appellante* inscriptum.

Produitur, ut modo diximus, Theologico-moralis dissertationis fundamentorum Concina apprime conficius, diem circiter xxv. intervallo, celeritate scilicet summa, Opus absolvit quod non ita multo post editam illam dissertationem cum hoc titulo vulgatum est: *La Quaresima appellante dal foro contenzioso di alcuni recenti Cassisti al tribunale del buon senso, e della buona fede del popolo Cristiano sopra quel suo preceito del digiuno da accoppiarsi coll' uso delle carni, permesso pel solo nocumento del cibo quaresimale*. 4. In Venezia MDCCXXXIX. presso Simone Occhi. Hocce in libro sacre inedia trilitigiae que leges fortissime vindicavit, & quadragesimalium ciborum usu, jejunii tempore, exemptos, ad illius observationem teneri demonstravit. Quam male auctores cum Diatriba, tum Theologico-moralis dissertationis Romanos Pontifices, Canonistas, Theologos laudaverint, ac e suis partibus stare jactaverint, singulari eruditione evicit. Dedit etiam scripta Mantegatii ac Muratorii, quos antea sibi neque beneficio neque injuria notos hac occasione obstrinxit. Verum Opus, quod solus Ecclesiasticorum legum amor pepererat, multos ipsi adversarios excitavit, qui eum nunquam quiescere siverant, & postea etiam, quando livor, qui passitur in vivis, extingui di-

cutur, ejus cineres exturbantur. Cum primum prodit Concinianum Opus, ut multis laudibus exceptum est, sic etiam futurorū tribus, atque querelis est improbatum ab iis, qui ea, que carni & sanguini placeant, votare solent. Facinus indignum dicebant, tot sapientissimos Doctores (ita Casulitas appellabant) ludibrio habitos. Quae querela atque vox ceteris quidem ad constandam Concinae invidiam atrocior atque apertior erat; nam ex hoc mendacio falsas atque ridiculas conclusiones deduxerunt, quas puer referre. Neque Operis quidem inscriptionem pepercerunt; quasi Concina Theologicam controversiam, alioquin periviam, ad Christianorum sensum deferendo, eorum in Italia firmare opinionem, atque augere numerum vellet, qui in Gallis, obnotissimum illud Pontificium diploma, *Bulla Unigenitus* nuncupatum, tumultus motusque civerunt. Quamquam vero hae aliaque *latis* multa magno apparatu verborum homines proferrent, preceptis eruditè ex hara Epicuri depromtis, ac propterea brevi in nihilum abitura liceret conicere, et tamen sua esse dicitur, que eodem anno MDCCXXXIX. typis Simonis Occhii curata est: in qua *Apologética Prefazione*, omnem maculam, omnesque criminaciones procul abs se nervose rejicit. Dum hac ratione jursis ulterius ibisse obviam putaverat, ferocissimum scriptio in vulgus edita est, qua ea recruduerat, que sopita merito credebantur.

CAPUT IX.

Quadragesimam appellentem impugnant PP. Franciscus Berlendi Cler. Regul., atque Hercules Monti S. J. Quorum alteri P. Antoninus Valsecchi P. P. alteri Concina respondet.

Antequam terrerim P. Herculis Montium in Daniele Concinae inscriptionem percensere, de P. Francisci Berlendi opuscula pauca dicere operæ pretium fuerit. Hic indignatus Antoninum Dianam a Concina fuisse exagratum castigatamque, libellum mole quidem minimam, ad ineptias & dictis maximum, confecit; cumque eundem Venetis edere nequivisset propter immoderantiam, rerumque scurrilitatem, ad Lucenses typos confugit, ibidemque publicari curavit cum hoc titulo: *Lettera responsiva ad*

ad un amico intorno al libro intitolato Quaresima Appellante, e sua Prefazione Apologética. In Luca per Salv. & Gian. Domenico Marsicandoli MDCCXXXIX. Ubi rumor pervasit Berlandium in Concinae hylam acutis, epistola hujus perlegenda cupido multos, incescit: nomen scilicet, quod sibi Berlandius ex edito altero opusculo in Chalcedorum & Pythagororum cabalis fecerat, Operi dignitatem aliquam ac pretium tribuere videbatur. At nomen auctoris, ut sæpe contingit, illos quoque fessellit. Præter infinitas ineptias, nigros sales, & ingentem copiam similitudinum ex Mythologia (que Gentilium Theologia dicta est) desumptarum, nihil doctrinae ac nervorum adinventum, quod hujusce Cabalomachi in rebus Theologicis peritiam aliquo modo aut tueretur, aut sustentaret. Totus enim deridendo Concina impicitus, quæstionibus propositæ facillime obliviscitur & hac illacque incertus vagatur. Quod maxime in alio Opere suspexit, quo memoriam tribuerim infirmitati, sed verius desperate causæ patrocinio. Berlandiana hujusce epistolæ parvitatem demonstravit luculentissime P. Antoninus Valsecchi Veronensis O. P., Concinator olim percelebris, & modo in Patavino Athenæo Primarius sac. Theologiae professor; cuius responsio abique sui nomine edita est Venetis cum hoc titulo: *Risposta sopra la Lettera Responsiva ad un Amico intorno alla Quaresima Appellante*. 8. Venezia appresso Simone Occhi MDCCCL. In hac porno egregiam viri doctrinam juxta ac singularem modestiam que urbanitatem admittat, facit. Berlandius Valsecchi Animadversiones in examen vocavit: at anti-criticum Opus lucem adhuc expectat. Hujus tamen specimen ac memoriam servavit auctor anonymus cujusdam levissimæ epistolæ, editæ Bri-

xia anno MDCCCL. cum hac epigraphe: *Lettera istorico-critica di un Sacerdote sopra tre punti concernenti la questione del Probabilismo, e Probabilissimo*. Estat de Berlandii & Valsecchi Opusculis iudicium Viri Cl. Apollii Zeni, cujus verbis fidem firmamus hactenus enarratorum (1).

Eodem anno MDCCCL. P. Hercules Montius Mutinensis, in Parenthesisbus Jesuitarum scholis Theologiae professor prætoricos ingenii, *Quadragesima appellantis* impugnationem aggressus est, ac curante P. Cocconato Jesuita, ut exiti fama, homine amarulento, Lucera diffimulatum nomine, ac furivis typis, libellum edidit, qui vix titulum immodestè vacuum habet: *Difesa della Dissertazione Teologico-morale critica di Signor Abb. Pietro Copellotti, e Beroloppono Catali, esposta in alcune Risposte sopra il libello intitolato: la Quaresima appellante*. Hocce in libro Montius iræ, ac furori laxatis habens omne conventus genus evomuit, minimeque, a quo lesus haud fuerat, canonice licentia dedicare studuit. Notam jam, ducina malorum litigatorum ars est, ut tum maxime ad maledicta confugiant, dum eos ratio fugit. Hac methodo Montius perpetuo usus librum confecit, qui jure merito que famolis libellis nominari potest. Vel minimum enim in discussione controversiæ de jejunio consilens, id unum sibi proposuisset vitus est, ut Concinae cunctorum hominum nequillimum traduceret. Hinc furis omnibus agitur eum sæpe vocat *fallacium, scurrilum, mendacem, circulatorum, fanaticum, ignorantem, hypocritam*, aliique homo Jesuita probrobus titulis, & nominibus Concinae excipit, ex quibus infirmitam scriptoris auctaciam, pessimamque desperatæ causæ advocacionem clare quis agnoscit. Neve illud calumniae genus omitteret, quo benigniores Theologi callosior doctrinæ vindic-

(1) In *Volume 3. Epistolarum ejusd. Zeni pag. 270. in epistola Venetis scripta ad Marchionem Josephum Gravilium*. Il libro della Quaresima appellante del P. Concina fa tuttavia molto strepito. I suoi Avvertarsi strillano, ma al vento vanno i lor colpi. Il P. Berlendi Teatino, uomo per altro di merito, e di dottrina, ha fatto stampare in Luca, non avendone avuta la permissione in Venezia, una lettera assai caricata di strapazzi contro la persona di quel dotto e buon religioso, ma niente a proposito per abbatterne le ragioni, e sostenere la sua causa. A questa lettera è stata data una risposta assai forte e modelta da un altro Domenicano dell' Osservanza, che è il Padre Antonino Valsecchi Veronese, la quale riceverà V. S. Illustrissima con questa mia, parendomi cola degna d'esserle presentata ec. *Epistola 133. ejusd. Voluminis ad Annibalem Ab. Oliverium pag. 209.* Il libro del nostro P. Concina, intitolato *la Quaresima appellante*, da voi forse veduto, fa qui ed altrove un grande strepito, e dà perturbato e lodato, benedetto, ed applaudito ec.

ces onerare solent, pium virum *Calvini*, *Melanctonis*, *Lutheri*, aliorumque, quosiple odit cane pejus & angue, discipulum vocat (1); ne una quidem, quod peritum est, pagina Concini Opera indignata, unde auctior tam levia tamque alpera promeruerit. Calumnia autem omnium iniquissima ea est, qua Concina multiplices illos Theologorum textus aut depravavit, aut detruncatos adtulisse comminidit. Hac tanta confidentia Concinae capessit, ut incredibile animolitate quidam lapsi, ut incredibilis virutibus omnibus Concinae spoliare decreverat, ab eo quoque omnem ingenii lantem eriperet, enormi impollura libellum exorditur, publicaque fidelis corruptorem clamitat, bilateras Concinae *Dissertationes Theologico-moralis* censorem delectum hujus autographum plures menses penes se retinuisse, eodemque tempore parasse consultationem (2). Famolium hunc libellum accepit Concina eodem A. MDCCXXI. quo feliciter Patavii in majori Ecclesia concionabatur. Quamvis autem non unus Concinae esset auctor, ut illius nullam rationem haberet, ipse tamen non tam suam, quam Christianae ethices causam agi prudenter animadvertens, *Apologeticam dissertationem* composuit, quae tamen ob varios calos non est edita nisi ad calcem toni secundi *Historiae Probabilissimae & Rigorisimae*. Ex quo loco deinde excerpta tertiae editionis *Quadragesima* appellantis adnexa est. In hac dissertatione Concina eam, quam sibi *Montius* conslaverat, invidiam non acerbitate, sed lenire commitate maluit; habita temporum hominumque ratione, quod sapientis temper, cordatitque viri est habitum. Quare contumelias quibuscumque surda aure praetermissis, Operis sui invictissimam apologiam conficit: se xxv. circiter dierum spatio librum suum confecisse, nihilque ex *Copellotti* & *Cassali* autographo in officina existentem praeter PP. & Theologorum aliquot testimonia exscriptisse, sancte atque ingenuere testatur; cuius rei vades, atque testes dat quotquot sui munnerum & officiorum concitios esse oportebat: censorem *Theologico-moralis* dissertationis Venetis in humanis agere, ejusque suffragium in Veneto Sanctissimae Inquisitionis archivo, ut moris est, aservari, ac posse *Montium* cu-

riositati suae facere satis si velit. His alitque in sui apologiam prolatis, *Montii* libelli examen aggredditur, & quam falso sibi textum Theologorum mutationem esse comminidit, tanta evidentia demonstrat, ut *Montii* impudentiam vel ipsos typographos suspicivissimae memoriae proditum sit. *Montius* ex ferocissimis ira, vehementique indignatione in se reversus, ne multare quidem est ausus, factique, ut mitius interpretor, poenitens, aliqua ex parte silentio rem emendavit. Quamquam non desuere qui dixerint, fuisse *Montium* eo quia omne jam acerbitatis virus effudisset, nec jam ultra haberet, quo vir feridi ingenii acrius Concinae laceraret. Ex furiosissima interim hac *Montii* apologia necessaria consecutione deduci posse plerique visum est, illum auctorem eorum librorum esse, qui sub *Copellotti* & *Cassali* nomine prodierunt: cum incredibile fore sit tam atroci crimine sui conscientiam maculare voluisse, ut alieni ingenii fetus propagaret.

CAPUT X.

P. Pius Thomas Millante Vindicias Regularium scribit adversus Disciplinam Apostolico-monasticam, cuius frustra Concina adversarii proscriptiorem moliantur.

Vix hac procella defunctus aliis ad adversarii Concina impetitur. P. Pius Thomas Millante in Neopolitano Atheno tunc fac. Theologiae Professor, ac postmodum Stabiarum Episcopus, editum a Concina Opus de monastica paupertate vulgato libello perfringere conatus est. En ejus inscriptio: *Fr. Pii Thomae Millante ex-Vicarii Generalis S. Mariae Sanvittis Ord. Praed., S. Theologiae Magistri, & in Regia Neapolitanae Studiorum Universitate Primarii Professoris Vindiciae Regularium in causa monasticae paupertatis*. 4. Neapoli MDCCXXI. ex Typographia Mutiana. Dominicanum hominem, ex editis jam exercitationibus in plures a Romanis Pontificibus proscriptas propositiones non inclarum, mirati plerique sunt tam acriter in Concinae exaruisse, & placita Probabilistiarum, quae olim irriterant, in Opere excepisse. A Neapolitano Archiepiscopo hac de se severe fuisse reprehentum, ipsi plume postea sibi displicuisse de vulgatis Vin-

Vindicis, plerique scripserunt. Dum vero *Mogachis* gratificari contendit *Millante*, in invidiam maximam apud eos venit; quorum est ingentior numerus; concedit enim deturmatam pecuniam summam *Distoribus*, caeterisque in studiis litterarum impellecentibus, reficiendi fovendique animi causa, ignaros vero nullogue insignitis tunc quoruncumque honorum uti, ac possessione destituit, incongruum esse dicitans: ut *Asini pasculum dum boves avant*. Huic *Millantis* opusculo, in quo cum incondita eruditio admirabilis consilio rerum, perturbatioque decerant, nullum asserere responsum Concina decreverat, ceu quo sui causam nullibi convulsum cognosceret; sed aliis exinde pernotis causis, edito apologetico Opere ea omnia solvit, quae alicujus momenti esse visa sunt. Latus interea *Millante* egit per amicos, ut *Trevolstionum* Ephemeridum scriptores cum laude sui Opus nuntiarent; unde gratiarum actiones a Monachis etiam longinquas consequeretur. Hi homines, qui alioquin tam multos praclaros Italorum iam antimo in Concinae propter ipsius in *Bollandistis* dissertationem, quod *Millante* vehementissime optabat, implevere; sed eo quidem proposito, ut acrem jam captam adolphomachiam ulterius promoverent; quemadmodum Concina, illorum artium apprime gnarus, observavit in animadversionibus adversus illud *Trevolstionum* Patrum judicium (1). At graviora hujusmodi *Vindicis* fuerunt, quae plerique in Concinae excogitarunt; quo enim pii hominis conatus frangerent, *Disciplinam Apostolico-monasticam* ad S. Congregationem *Italicae* in Urbe, ut sollemni decreto notaretur, detulerunt. Grave ipsi tacebat negotium ea res, qui horum tantummodo in vi probe noverat. Grave modo tot eodem tempore adversarii circumseptus jam quo se verteret, ignorabat, & gemebundus Dei, in quo unice confidebat, ferventibus implorabat opem. Monachi, iique praesertim, qui Romae Sacris Congregationibus interserant, Concini Opera proscriptiorem urgebant. P. Aloysius Nicol.

Ridelphus S. P. A. Magister, Concinae caetera amicitia devinctus, nihil omisit quod horum votis optatum exitum posset asserere. Card. Annibal *Albanus*, cuius sub auspiciis prodit Concinae lucubravit, ad Monachorum castra transierat. Ita fere vel in moderatis animis ad hominum studis excitati motus ipsa etiam sacra amicitia & benevolentiae federa turbant. At protegente rem Namine, post diuturnum gravillimumque examen, nihil in eximio libro reperitur spargi dignum; demonstraturumque contra fuit a viris, ea in Congregatione praclarissimis, monasticae paupertatis causam ab eo fuisse vere, ac sapienter actam.

CAPUT XI.

Controversiam de jejunio cum eia carniam coniungendo *bris Encyclicis Benedictus XIV. definit, quae a Concina illustratur.*

Dum multa adversus *Disciplinam Apostolico-monasticam* Concinae adversarii molirentur, controversia de jejunio cum carniam esse coniungendo, cuius ortum progreffumque narravimus, ad *Benedicti XIV.* aures tandem pervenit, qui sanioris doctrine vindex acerrimus, cuiusque eximius, statuit ipse cum opinionatione accurate itatim expendere, & consultationem adhibere etiam hominum doctissimorum. Post diligens hinc praeratum examen, sententiam a Concina sere adfertam probavit, illicque contrariam Apostolica auctoritate confixit. Quare die xxx. Maii A. MDCCXXXI. dedit Encyclicam ad Archiepiscopos, Episcopos, caeteroque Ecclesiarum rectores, in qua ab exemptis usque quibusdam quodragesimalium ob noleam itaque fastidium unam compositionem servandam esse sanxit (2). Quo animi gaudio Pontificum Oraculum Concina suspexerit, quae vero tristitia ejusdem adversarii exceperit, coniecture facillimum est. Initio tristes merentelque querebantur; inde commenta varia praesertim ad Apostolicae definitionis vim eludendam. Alii etiam Encyclicam non praeratum, sed merum consilium praesertim dice-

(B 2)

- (1) Ad calcem libri inscripti: *Esplicazione di quattro Paradossi ec. Venetus* Litterarum Ephemeridum scribillator ad. 1742. num. 43. sub die 27. Octobris, cum *Vindicis* P. Millantis nunciaret, duplex mendaciam more suo protulit. Vide *Monitum praefatum* Tom. II. *Historiae Probabilissimae & Rigorisimae*.
- (2) In *Encyclica* Non ambigimus. Servandam scilicet esse unam compositionem, sicut alias hic Romae ac nos ipsi hoc anno argentibus causis dispensantes expresse praescriptimus... conscientiam uniuscujusque vestrum onerandum esse diximus.

(1) Pag. 106. 110. 111. & alibi. Dabimus inferius Specimen mendaciarum, & calumniarum, quibus totus *Montii* libellus exundat. (2) Pag. 1. & 87.

bant: alii acutius, atque adeo fraudulentius, continere utique præceptum, sed hoc Monachos tantum, eosque item populos obstringere, qui a quadragesimalibus cibis dispensationem ascensu fuerant. Non deservunt etiam qui perverſe confingerent, transſicere Encyclicam illam a *Benedictio XIV.* quamquam privato Doctore, ac propterea ab altero Pontifice abrogandam fore aliquando. Hæc aliaque edita in vulgus ab irreſiſſibus hominibus Concine calcaria addiderunt ad Apostolicarum litterarum interpretationem, illustrationemque suscipiendam. Jam fere Opus abſolverat, quum *Benedictus XIV.* eorum, que in editam a se Encyclicam vulgata fuerant, certior reddidit, die xxii. Augusti, eisdem anni, aliud, quod incipit *In Suprema*, eisdem diploma, in quo quinam prioris fit sensus, contra ac Apostolicæ Sedis mos sit, explicat, & contumax nonnullorum ingenium reprehendit (1). Nova hæc lætæ causa Concine fuit, qui ab se factam primi diplomatis illustrationem, eisdem Pontificis sensibus apprime congruere, ex secundo diplomate animadvertit. E re sua prouide eduxit, hoc postremum etiam diploma illustrare, atque aliquot phrasas pendere, quæ seipsum dignitas ac prælantia, & gravissimum, quod incumbit fidelibus illius religio servandi, onus comprehenditur. Editum est Concine Opus cum hæc inscriptione: *La Disciplina antica e moderna della Romana Chiesa intorno al sacro quaresimale digiuno, appressa ne due Brevi*: Non ambigimus, ed *In Suprema del Regnante Sommo Pontefice Benedetto XIV.*, illustrata con osservazioni critiche, e teologiche. Venezia invecchiata, presso Simone Occhi. Bonis plane avibus librum inscriptum Dominico Pessano, Card. illi amplissimo ac spectatissimo, inque Reipublicæ Christianæ gravissimus, maximique negotiis cognito, atque imprimis probato; qui licet antea, modestæ causæ, Operum inscriptiones recusatit hominum præclarissimorum, Concine tamen pietate, insignique doctrinæ peremptus, miratque etiam quammaximæ eisdem zelum in dedicataria epistola ad se transmissa, ut suis sub auspiciis prodiret Conci-

(1) In *Encyclica qua incipit In Suprema*. Non deservunt, qui, per humanas & hominibus a Christiana penitentia abhorrentibus duntaxat dignas illationes, sibi aliquæ perſuadent, unicam potissimum comestionem servare &c. cum multitudini quidem indiscriminatim, non vero singulis dispensatur. *Inde subjicit* Nemine excepto unicam comestionem servandam declaramus, & edicimus, quemadmodum. utriusque expresse præscribimus, atque præcipimus. (2) *Epist. l. pag. 3.*

nianus liber, ultro concessit (2). Nec habuit unde penitenter tantæ humanitatis; protum præcipue ab ipso Christi Vicario insigni elogio perornatus. Concina vero sibi optime consuluit; nam riceenas plus atque doctissimus, præcisus omnino eum a divina providentia ad maximos pro Christiana Religione subeundos labores fore delectum, illius patrocinium iscepit, & pro re nata sustinuit invictissime.

C A P. XII.

De Probabilissimi & Rigorissimi Historia a Concina scripta, deque his, que editionem præcesserunt.

Expediti modo a minoris momenti rebus, potiore Concine historie partem ingredimur, de *Probabilissimi & Rigorissimi Historia*, deque his, que hujus editionem præcesserunt, dicturi. Qui Concinam id operis suscepisse volunt ad inclyte Societati Jesu insignem constandam invidiam, i maxime ipsi, & quod pluris refert, veritatis injuriam faciunt. Quamquam porro aliud consilium, atque propositum Concine fuisse jam egregii Scriptores, atque imprimis *Petrucci*, demonstrarunt; juvabit tamen rem ab initio repetere, variolique percellere casus, quorum notitiam eo gratius lectores excepturus confidimus, quod eos nemo habentis mandaverit monumentis litterarum. Qui itaque *Probabilissimi Historiam* a Concina in vulgus emissam dolent, si sibi causam imputare debent, dum ipsi tam atrociter atque indigne insultarunt. *Copellotus* atque *Gasalius*, ea in *Dissertatione Theologico-Moralis critica*, quam in *Mantegatum & Marastorum* editam diximus, longa oratione de probabilitate reflexa, atque directæ sermone fecerant. Concina dissertationis hujus impugnavit, atque everſit, eandem quoque probabilitatis doctrinam veritate voluit; ad levi tantum calamo, nam fulsorem orationem ab instituto suo habebat alienam. P. Hercules Montius, furiosus Concine adversarius, & duorum illorum Presbyterorum vindex,

deus, uti cætera, sic etiam traditam a Concina probabilitatis notionem petulantibus verbis reprehendit, eumque monuit, ut *Copellotus*, *Casalius*, *Segnerius*, *Camargo*, *Elizalde* adiret, si de Probabilissimo loqui, ac scribere ulterius vellet (1). Qua hominis petulantia Concina provocatus, totis viribus, jurgia studio in doctrinam de probabilitate incubuit, diurna nocturnaque manu indicatos sibi ab *Montio* scriptores verſando, unde iuratum vigiliam fructum modestissimo admonitori posse ostendere. Quare septem circiter mensium spatio librum non parvi voluminis consecit ita inscriptum: *La Morale Evangelica contenente i punti fondamentali*; quem titulum postea sumpsit ea propter, qua modo narrabimus. Itaque completum, absolutumque Opus hujusmodi suæ Congregationis Vicario Generali de more obtulit, ut Theologorum Ordinis suffragio probatum in lucem posset emitti. Ab eodem Vicario delectus est Operis censor. Vir Cl. P. Jo. Bernardus Maria de *Rubeis*, qui tamen demandatam provinciam ab le procul rejectit. Hujus exemplum alii secuti nemo est inventus, qui censoris personam sustinere voluerit; nondum enim pulvere excusso, timebant perique rebus suis, & PP. Societatis plus aquo verebantur. Ita Concina ab his delectus; in quibus considerabat quammaxime, hæsit aliquandiu dolens & anceps quid ageret. Tandem rem totam communicavit cum sui amicissimo P. Josepho Augusto *Uffio*, quem S. P. A. Magistrum, ad demum Cardinalem vidimus; qui, ope ferente Card. Nereo *Corsinio*, Dominicanæ Familie protectore, censorem delibendum curavit P. Fortunatum *Tamburinum*, qui & ipse sacra purpura ornatus est. Hic vero, accuratissime Concine libro discussio, grande suffragium pro editione consecit. At rebus postmodum diligentius consideratis, incommodum *Uffio* atque *Corsinio* est visum a conclusu modo recedere. Itaque *Corsi-*

nus MS. ad supremum Ordinis Præf. Praefulem detulit, rogans vir de eodem optime meritus, ut Theologorum judicio jubiceretur, & celeriter illius edendi facultas Concine fieret. Designati illico censores fuerunt PP. Thomas Augustinus *Ricchinus*, tum Generalis sui Ordinis, ut vocant, assilens, & modo S. P. A. Magister, ac Pius Thomas *Schiara*, Bibliothecarius Calanatenſis, nuh vero Sacre Indicis Congregationis a secretis. Hi ultra annum unum Opus percuratit mutarunt plura, multa vero pro communi gemitu reſecarunt. Concina interim sui operis edendi facultatem ad grecas kalendas sibi videns differri, per epistolam cenſores admonuit: paratum esse le autographum prælo committere: mirari admodum in tam longum tempus extrahi centurium suffragium: id si ultra differret, traditurum se Opus homini legibus ordinis minime subiecto, cuius vob nomine factum prodidisset. Hicce obfirmati animi sensibus perculti prædicti cenſores, Operis autographum una cum approbatione, & Generalis Præſidis facultate, Venetias ad fidei Quaestorem miserunt, ipsum hortati, ne idem amplius Concine traderet, sed prælo identidem suppedicaret typographo parato subiiciendas; verebatur enim, & jure quidem, ne tot litris variationibus detectis, aliud inſeret conſilium, ut bono plane omine evenit: nam fidei Quaestor, vel nulli sine conſilio, sine precis habita ratione, integram MS. in manus typographi concepit. Concina ex diutina mora suspicatus est, quod reſera acciderat, librum suum a typographo citra difficultatem ullam obtinuit, æquique evolvere, ac præter plura, que ingenti admiratione detrunctæ complexit, ipsam quoque inscriptionem in hanc commutatam vidit: *Giustificazione di P. Daniele Concina*. Quo præputero titulo, infamia minime vacuo, commotus cenſores læpius enixe rogavit, ut illum expungerent, alterumque pro arbitrio subroga-

(1) Difesa della Dissertazione ec. pag. 19. & seq. ubi hæc habet: Perché il vostro Popolo si accorge che siete digno di tale questione vi prega a farvi illustrare dai Signori *Copellotti*, e *Casali*, e poi rispondere. Troppo di voi avete presunto, o Signor *Appellante*, col pretendere di saper render piano in poche righe le più eterne difficoltà, ed agevoli le più impacciate. Se vi fosse contentato di prima studiare a scrivere, avrete veduto quanto sia difficile, anche in molto, mettere in chiaro la Speciosa difficoltà. Il vostro *Elizalde*, da voi chiamato Teologo Sapientissimo, v'avrebbe insegnato, che a mettere in chiaro il sistema del probabile, aveva avuto bisogno di scrivere un volume. Il vostro *Camargo*... il vostro *Tirio Gonzalez* ec. E voi pretendete in poche righe di darcene una giusta idea? Siete pure il buon figliuolo, caro mio *Appellante*, siete pure il buon figliuolo.

rent. At rem, alioquin æquifimum, frustra diu multumque deprecabatur; id namque responſi accipiebat: vulgare Opus delineret, ſi inſcriptio diſplicebat. Tunc non amplius dubitans, tituli (quamvis hic in facultate ſibi a Praefide pro illius editione facta legeretur) aliarumque mutationem rerum cenſorum arbitrio contigiffe, piaculum nullum fore cenſuit, ſi aliquando etiam ſibi indulgeret, & plenam perſeſtamque tereſet apologiam. Verſavit proinde lubricationem deno, iſque delectis, quæ conſilio non optimo immutata fuerant, & reſtitutis, quæ pari erant momento expuncta, ultra medietatem illud auxit, & inſigni dedicatione Cardipali Nereo Conſilio inſcriptum publici juris fecit cum hoc titulo: *Della Storia del Probabilifimo, e Rigorifimo diſſertazioni Teologiche, morali, critiche, nelle quali ſi ſpiegano, e dalle ſottigliezze de' moderni Probabilifiti ſi diſendono i principi fondamentali della Teologia Criſtiana. Si aggiugie ſulla fine una breve conſultazione di certo libretto intitolato: Diſſeta della Diſſertazione ec. ad' Signori Copellotti, e Calai couſa P. altro libro, che ha per titolo: La Quarſima Appellante. A Venezia MDCCLII. appreſſo Simone Occhi. Tom. II. De hujus Operis dignitate, atque praſtantia, poſt plurimos egregios Scripſores, qui de eo locuti ſunt, ſuperuacuum, ſeu potius ridiculum, & ineptum fore alia ſubſcribit. Quamquam vero multa ſint nomina, quibus celebratur, hoc tamen cum primis titulo efferri debet, quod nullum in Italia Opus, pari libertate, catholico utique digna Theologo, ad ea tempora ſcriptum prodiſſet. Sane Itali omnes, qui antea aduerſus perniciam probabilittatis doctrinam ſcripſerant, eo involuero, & circutione verborum lenius ſuos expromerant, ut quantopere pugnam auerterent, & Probabiliffimi fautores pertimelcerent, vel in iſtis titulis, atque Operum limine pateſcacerent. At vero illa metus momenta, quamvis non tam facile ſperanda, nihili habuit Concina, ſed timore quocumque pedibus ſubjecto, eam nauare operam ſtatuit, quæ pro temporum conditione, re-*

(1) *Conſule Epif. III. pag. 5. IV. pag. 9. V. pag. 11. VII. pag. 13. XV. pag. 25. Inter multa vero eſt, quæ hec perſeſere poſſem, Elegiam adferam, quæ licet nunquam edita, ad plurimum tamen manne peruenit.*

In laudem R. A. P. Danielis Concina
eruditiffimi & doctiffimi ſcripſoris
Hiſtoria de Probabilifimo.

Quam

que inprimis *Benedictus XIV.*, qui ſupremo Predicatorie Familie Praefidi gratulatus eſt, quod hujus alumnus tantum Opus, Ordini æque ac Eccleſie utile & glorioſum, confeſſiſſet. Nullum diuinceps laudis genus fuit, quod in Concinarum liberaliffime non eſſeſſerit, quam ea de Hiſtoria ſermo haberetur (1). Audita hinc Pontificis ſapientiffimi, & Romane Aule procerum ſecunda admirumuratione, mira ſuſceſſit in animis multorum ſententia commutatio. Qui illi Hiſtorie ineptis titulis aduerſati fuerant, in communi bonorum gaudio & ipſi per Epifſolas Concinae gratulati ſunt, & perhonorifica Romani Pontificis, aliorumque ſuffragia reſulerunt. Atqui in tanta acclamatione multorum hominum, PP. Societatis eam primo Hiſtoriam ſtoci facere, & typographi infortunium deplorare viſi ſunt; creſcente autem in dies illius celebritate deſecchari ac furere, eam a nullis nominis auctore compoſitam, Societatis Jelu hoſte inſenſiffimo, ſcribilitore neſario, atque bipedum ſeſſeſiffimo clamitantes. Ubi hec levis tantum mentis homines occupare viderunt, ſolidiora remedia, pari tamen exitu, adhibuerunt, uti ſuo loco dicemus. Taſtam vero jam, ut modo innuebam, de Concinae doctrina opinionem imberberat *Benedictus XIV.* ut dignum ſe, dignum Pontificis factum meditatus Concina in partem vocare voluerit. Quo enim graue corruptæ ethices magiſtris vulnus inſiſſe-

ret, plura una ſimul placita Caſuiffarum damnet ſibi in animum induxit. Cumque ex Probabiliffimi Hiſtoria optime noſſet quam foret Concina in illorum leſione exercitatus, Cardinali *Paſſione* in mandatis dedit, ut ſi propoſitum Concinae aperiret (2), eumque ſuo nomine argeret ad propoſitionum ſillogem conſiciendam, quæ morum integritati noxia videretur. Concina, ſummi Sacerdotis mandato accepto, trium menſium ſpatio impoſitam provinciam explevit, ultra quam forte aut Pontifex optaret, aut opus eſſe videretur. Nam cccxxvi. propoſitiones ex Caſuiffarum libris excerptas, ad *Paſſionem* miſit, Pontifici ſapientiffimo exhibendas. Ego autem licet Concinae zelum atque induſtriam impenſe laudem, hac tamen in re conſilio ejus non parum detraxerim. E nim vero ignorare non poterat, Cardinalis *Belluga* aliorumque edoctus exemplo, nimiam judicandam fore eam propoſitionum ſeriem, quam ut damnari, aut examinari etiam poſſet. Certe P. Jo. Vincentius *Patruſtius*, qui actus rem viderat, Concinae erat auctor, ut denas tantum, vel quindeenas ex præcipuis ſeligeret: heri enim hac via facilis poſſe, ut res optatum exitum haberet, quem ex tam ingenti numero deſperare omnino licebat. Ac reuera res ita ceſſit. Mole obruti iudices, ac aliis etiam negotiis pertractandis, diſcutendiſque implicti, ne unam quidem, quod ego nove-

rim,

Quam bene tu, Daniel, Moralia Concina tractans
Nos Jeſuitarum fallere ſcripta doces.
Muſſitat at contra, blaterat, ſtrideteque latratque
Illorum nimio turba furere fremens.
Sed frenat illa, velit quantum, maledicta vomatque,
Atque tua innumeris obruat opprobria.
Tu Daniel taceas, quamvis mordebere verbis;
Sed vera eſſari nam tua dicta probant.
Sic ſenſere Sophi, ſentit ſic turba vitorum.
Queis eſt juſtitia nonniſi carus amor.
Quam tuſco Hiſtoriam ſcripſiſti idiomate, verſam
Et Galli, & Dacii nunc idioma legit.
Hinc planſiſſe tibi Gallos, planſiſſe Latinos
Hæc fuerit merito gloria ſumma tibi.
Interea miſſis frater nunc *Ghetius* armis
Ridendus ſiſleat nunc, pudeatque ſui.
Ridendi ſiſleat *Vitalis*, *Gagnaque* fratres:
Heu fuerat melius quos ſiſſe prius!
Illorum meritis ſibilos, meritoque cachinnos
Namque ſatis vulgat Dominicana cohors:
Vulgabitque diu, donec monumenta librorum
Extabunt, & te, *Concina*, fama canet.

(1) *Epif. IV. pag. 6. & ſegg.* (2) *Ibid.*

rim, propositionem ad trutinam revocatur, Pontifice etiam gravissimis de caulis alio avvocato. Ita nimia illa collectio in alterum securum Pontificem dila est praecari facinoris gloria, quod tum laudari poterat, si peractum fuisset. Nunquam tamen desinit Concina hortari Pontificem, ad id, quod antea intenderat, persciendum; abs le collecta, propositiones ipsi in memoriam revocando (1). Quod si id, quod optabat tam vehementer, minime est adsecutus, efficit tamen lucubrationibus suis, ut propositiones nonnullae admodum perniciose Apollolico macrone configerentur.

CAPUT XIII.

Concinianus lucubrations de paupertate Monachorum praefringit P. Gundalskus Carrattini O.P., cujus Opus Romae discussum sui procriptionem effugit. Habita Congregationis historia enarratur.

A Ntequam rerum, quae Probabilissimi & Rigorissimi Historiam consentaneae sunt, narrationem exordiat, prosequar hoc loci, quae Disciplina Apollolico-monastica caussa contingerunt; ne chronologicum ordinem, ultra quam licet, vider negligere. Itaque P. Gundalskus Carrattinus, cujus supra meminimus, exarebato jam animo in Concinae *ab duplicem commentarium*, ubi nihil le illa arroganti epistola, de qua jam diximus (2). profecisse comperit sed illum contra animosorem factum *Disciplinam Apollolico-monasticam* vulgare, vehementer exarbit; cumque parum praesidium in *Millantis Vindicis* agnoveret, utramque Concinae libram satis spisso volumine, se se & amaritudine exundanti, excepit. Ergo consilium undique subsidii, & quam plurimum in sui societatem facillime pertractis, trium fere annorum labore opus conlancinavit, atque edidit cum hac epigrapha: *Vita Claustralis a Christo Servatore exempto, atque hortatu ducta, ab*

(1) In Commentario praecipue Encyclicae ejusd. Pontificis adversus usum, in quo pag. VIII. Epistola nuncupatoriae Benedictum XIV. sic alloquitur: Triginta supra ccc. propositiones, quas, curante pietate Cardinali Belluga, Archiepiscopo Hispaniarum prolicribendas supremo tuo iudicio subiecerunt, ducentaeque aliae aliunde ad te datae, tuam expectant censuram, qua a Christiana Theologia exterminentur.

(2) Cap. IV. (3) In Praefat. Vitae Claustralis pag. 17. In hoc uno Concillitum meum procul a veritate abscellit deprehendo, in ceteris vero ut virum commendatissimum, & de sacra Theologia, divini Verbi praedicatione, & Christiana morali optime emerentissimum habeo, habent omnes, quibus verior & tertior moralis cordi est.

Apollolis more comprobata, & a SS. Patriarchis toto orbe propagata, ac diffusa, variis dissertationibus illustrata. Opus critico-historico-Theologicum in tres partes videntur, in quarum altera agitur de voto paupertatis adversus Actorem Commentarii duplicis, & Disciplinae Apollolico-Monasticae. 4. Verone MDCCXLIII. ex typographia Seminarum apud Augustinum Carrattinum. Quo caussa suae uberius praesidium quaerere Carrattinus, suum opus inscripsit P. Aloysio Mariae Lucino, S. Officii tunc in Urbe Generali Commissario, ac postea S. R. E. Cardinali. Nec frustra indiguit enim admodum cum Lucino, tum aliorum patrocinio, ad vitandam, quam vix effugit, libri sui procriptionem, ut in Historia Congregationis, hujus ejusdem Operis caussa habita, dicemus. Carrattinus ergo, ut longiore operam in Conciniari libri confutatione poluerat, sic fulsorem rem versavit, & majora etiam paradoxa contexit. Negat in primis, claustrales omnes esse voto, sive praescripto, exacte bonorum communitati esse devinctos. Peculum non modo ob justam causam ex prelatorum dispensatione licitum interdum esse, sed pro virili etiam hujus usum viguisse in illo Hieronymitano Collegio, a D. Luca descripto in Actibus cap. II. & IV., evincere studet. Millies in toto Opere repetit, nullam e Patriarchis Religiosorum Ordinum, nullum Concilium, nullamque Pontificem moderatum peculum interdixisse unquam, aut perlectam rerum communitatem praecipisse. Et quibus aliique plura consuetaria Concinae deduxit quae a monastica professione omnimode abhorrent. Ingenio autem Carrattinus Millante praeferiori amarissime, & indelicenter adversarium exipit, atque insiditibus buccis multiplices injurias, & debacchationes intorquet; ejusque consilia perverse ubique interpretatur. Tanta tamen eretismum tum apud suos Concinae probitatis, doctriinaeque fama, ut Carrattinus ipse infamem concilio sui oblitus ipsam extulerit (3).

Talis

Talis enim vir fuit Concina, ut ne vituperare quidem eum inimici ejus possent, quin simul laudarent. Quamquam vero ignotus nemo iniuste omnino Concinae a Millante, atque Carrattino praecipue tam atrociter exceptum fuisse, quam tamen enormiter horum debacchationibus plurimi, praesertim Jesuitae, abusi sunt, dici vix potest. Arbitrari namque se impune lacerare hominem posse, atque hilares in maledicendo homini locos le ex eadem Familia esse nactus, aspera cuncta, atque dictu indigna sine fenore ab iisdem mutarunt, ut famam hominis confidens, ac ruitus dissiparent. Hos inter excellit P. Jacobus Savaitalis, qui hanc viam mire dilexit, uti non uno in loco observabimus. Evulgato igitur a Carrattino Opere, quod in caelum usque quidam efferebant, Concinae responsione opus esse visum est. Quam, accedente doctissimorum virorum impulso, celerime adornavit cum hoc titulo: *Defensio Decretorum Concilii Tridentini & Apollolice Constitutionum Ecclesiae Romanae in causa paupertatis monasticae adversus duos libros inscriptos, Vita Claustralis, & Vindiciae Regularium*. Librum hunc statim ad Card. Passioneum misit, adjecta censura novem propositionum ex *Vita Claustralis* excerptarum, ex quibus aliique hanc procriptione dignam fore demonstrabat. Passioneus, re cum Benedicto XIV. communicata, Carrattini librum ad sacram *Vindiciae* detulit Congregationem. Delectus est censor *Vita Claustralis* homo quidam Augustinianus, Sacri Apollolici Praefectus, qui in peccati abusu educatus, Carrattini le praegubuit acerrimum defensorum. Accedebant hujus voluntati Monachi sane non pauci, quorum gravissima caussa agebatur. At auctore *Passioneo*, qui negotium studio partium pertractari cognoverat, alter censor delectus est P. Aloysius Mariae a Turre, Procurator Gener. Monachorum Cassinensium, vir laudatissimus. Hic tres mensum accurato facto examine, Carrattini librum prolicribendam esse nervola seripione demonstravit. Tanto in discernimine Carrattini fautores diu noctaque laborarunt, unde tam insaufum istum, atque omen avertentem. Inter hos & auctoritate & amicitia eminebat Lucinus, Carrattini mactentis, qui illius Congregationis Consultorum monachorum suffragans.

Tom. I.

est. Utrum vero Concina, an ipse a vero abscerit hac in caussa, ex dicendis satis clare constabit.

(1) Epist. XVI. pag. 27. & seq.

gio fretus, longa oratione advenus Concinae librum differuit, multa addendo, quam auctor aut cogitasset unquam, aut veller. Hac ratione ea die Carrattino prolicriptionem effugit, quam erat plurimum iudicio subiturus. Quo interim Lucinus suffragans P. Aloysio a Turre eluderet vim, atque ab hac ambage lele extricaret, Sacri Apollolici Praefecti votum in medium addidit. Ita rebus in ancipiti consiliis tertium censorem delegerunt PP. Congregationis, Cardinalem videlicet *Besutium*, cujus insignis erat opinio morum atque litterarum. Hoc tempore P. Thomas Augustinus *Ricchinus*, cetera Concinae amicus, seripionem ejusdem Congregationis Patribus obtulit, in qua *Disciplinam Apollolico-monasticam* exaggerata oratione peritinxit. Tandem *Besutius* post plures in Carrattiniani libri discussione consumtos mensis fatis sibi coram Patribus videri dixit, si Carrattinus lenas Opem sui propositiones castigaret; nondum enim privati peculi erit oblitus, quo anteriori anno, dum inter Monachos ageret, fuerat usus. Carrattinus de insperato exitu geliens, laetulae epistolam edidit in vulgus, cujus haec est inscripito: *Epistola E&HRTIKH quarundam Operis Vita Claustralis prolicriptionum, ab auctore ejusdem Operis ad amicum scripta, & per modum appendicis Opem adnexa; Verone ex Ordinis Ccenobio apud Martyrem Anastasium idibus Nov. MDCCXLIV.* In hac epistola Carrattinus pleraque propositiones emendavit, quas ingenti strepitu verborum & mirabili jactatione defenderat. At auctori priori, ac furore nescio quo, iterum abreptus, refinxit denuo, quae in Concinae inelemeuter intorquet. Atque hoc modo prolicriptionem sui Opere Carrattinus, tantorum hominum patrocinio adjunct, effugit; ac in Concinae non solum acriter debacchatus est, sed abusus etiam clementia Patrum, ea in epistola, contra ac horum sententia foret, le gessit quali victor, & suarum aditionum contextu deformitatem, nec peralique ita correxit, atque emendavit, quem admodum a PP. petebat. Ceterum erant quampures, qui illius libri prolicriptionem omnino vellent, atque inter istos *Passioneus*, quo inscio Congregatio est habita (1). Monachi deinde, praeteriti habu oblitii discernimni, veritique ne Concina quid gravus

(C)

quamp

(quamquam nescio an aliquid solidius *Disciplina Apostolica-moralis* scribi possit) aggrederetur, a supremis iudicibus, ne ultra quid demum aut *Carattino* reponeret, aut vulgaret, impetravit. Silentii preceptum sibi à supremo Ordinis Præfule inditum eo, quo par erat, obsequio Concina excepit: indoluit tamen vehementer ab iis, quos vera germanaque paupertatis tutores agnoscebat, nullo suo in libro deprehento vitio, fed conscientium tantum habita ratione, sibi silentium imponi, atque aditum oblitui ad sui vindicias evulgandas. Cæterum ne quid damni causæ accederet, a Pontifice deinceps suæ elucubrationis eadem facultatem assecutus est, ut suo loco dicemus.

CAPUT XIV.

De primis Jacob. Sanvitalis, Nicolai Ghetii, Francisci Ant. Zachariæ, & aliorum Igitur in Historiam Probabilissimi & Rigo-riissimi multationibus, deque Vincentii Maria Dinellii & Danielis Concina in istos responsis.

Quamquam PP. Societatis, uti jam diximus, Probabilissimi & Rigo-riissimi Historiam initio apernari viderentur, ægerime tamen ferebant adeo avide ab Italis aliosque populi exceptam, ac laudaram fuisse. Clericos primum permultos, aliosque sibi devotissimos ab illius lectione avocare conati sunt, tam indigna in Concina evocantes, ac si esset actum de libris *Calvini*, *Lutheri*, aliorumque majorum gentium Hæreticorum. Inde pium, doctumque Feltrinum Sacerdotem, *Ridolphum* agnominem, ab illius lato donandæ consilio abluerunt, quemadmodum ex epistola eujusdam sacerdotis, *Ridolphii* nomine ad Simonem Oc-

chium, honestissimum typographum, scripta clare dignoscitur (1). Erat tamen major Historiæ illius dignitas ac pondus, quam ut inanibus vocibus, aut multiplici injecto terrore ejus præstantia labefactari, atque extingui posset. Quæ cum PP. Societatis optimæ molent, non diu differendam judicarent Operis impugnationem, quod sibi tantopere displicebat. Primus in hanc Historiam hylum acuit P. Jacobus Sanvitalis, qui malo sane consilio sese certaminis immiscere voluit, cui ea etate sustinendo erit omnium infirmissimus. Post varia incassum tentata, ut Venetiis quendam libellam edere posset (nam ejus Socii infirmitatis hominis apprimere gnari id impediverant.) Luæ tandem eum decem circiter foliis comprehensum A. MDCCXLV. in vulgus edidit, ita inscriptum: *Giustificazione di più personaggi, e di altri soggetti vaguardati contro le accuse disseminate a loro pregiudizio*. Non est cur de hujusce libri pretio ipse differam; cum plurimi jam scriptores meridiana luce clariss. monstraverint tum libelli hujusce senecias, tum exterorum quos deinde aduersus Concina[m] scripsit. Certe ubique ratiocinatur adeo frigide, jejune atque insulle, ut non dicam ullam eruditionem acumenve, sed nec sensum quidem communem habuisse videatur. Quare Probabilitarum causa minime bona hujus patroni infestita deterior est facta: quidquid contra didicitur P. Franciscus Antonius Zacharias, qui miserimos Sanvitalis libros sua illa in *Litteraria Historia* ubique prædicat & extollit. Quamquam porro plerique Sanvitalis summoque misererentur, eujusque exactam atatem in eratorum tantorum partem vocarent, hylum tamen ejus fere omnes damnarunt, quo Concina[m] est infectatus, summamque in invidiam adducere conatus est; mutando ab aliis scriptoribus quidquid malignitatis, at-

(1) ... Quando vede il P. Concina, lo prego a riverirlo in mio nome, e significargli che il Sig. Ridolfi, il quale aveva cominciato, anzi era inoltrato nella traduzione in latino della *Storia del Probabilissimo* per uso della Germania, è stato ne passati giorni coltretto a sospendere da quelli due Gesuiti con mille minaccie; colchè il pover uomo, che si trova in poco buona fortuna, ha dovuto promettere di non avanzarsi nell'opera intrapresa. Tanto esso mi ha commesso di far intendere al P. Concina, da cui ebbe da qualche tempo la facoltà di tradurre la detta Storia. Felice li 26. Giugno 1744. Quæ cum ita sint, mirum videtur, neminem e Dominicana Famiglia hætenus ita aversis suscepisse. Occurrit tamen ipse Concina hæc impedimentis, sua Historie compendio confecto, atque præmisso Tomo II. Apparatus ad Christianam Theologiam. Cæteram hujusce versionis opinio occupaverat ea etate plurimos, quorum alii brevi proditura[m], alii factam vulgari; veluti auctor Elegiæ, quam edidimus, in laudem eujusdem Historiæ.

que invidiæ nasci possit. In *Sanvitalium* sermonem edidit P. Vincentius Maria Dinellius O. P., metrico carmine compositum, & prolis enarrationibus illustratum, atque ita inscriptum: *De Quæstione Probabilitarum ad Danielium Concina[m]*. 4. Veroneæ (vere Luæ) MDCCXLV. In quo sermone *Dinellius* elegantem celebrat, & *Sanvitalis* libelli præstantiam insulgam, atque mendacia. *Sanvitalis* scripsit alterum libellum cui titulum indidit: *Quæstio della Giustificazione*, in quo cum ipsi incumberet *Dinellio* respondere, totus fuit in Concina[m] fama dissipanda, injurias & mendacia recoquendo, quæ *Millante* & *Carattino* turore percit in eundem Concina[m] evomuerunt. *Dinellius* illico secundum Sermonem in eundem vulgavit; Concina vero liti apologiam tenuit cum hoc titulo: *Osservazioni critiche-morali in difesa della Storia del Probabilissimo, e del Rigo-rioso contro il libro intitolato: Giustificazione di più personaggi ed altri soggetti ragguardati* etc. Quod Opus apologeticum Anno MDCCXLV. a se compositum, nonnisi infelquenti evulgavit, compulsius iactationibus Jeuitarum, qui silentium ejus operis difficultatem interpretabantur. Quamquam igitur *Sanvitalis* libelli Probabilitarum causa[m] magis ac magis desperationem suaderent, doctique homines illos ubique rili ac joci excipissent, *Jeuitæ* tamen, ita ut ipsis mos est, in communis causæ defensionem ipsis etiam utebantur ad eam promendam vocem, quam docti viri nihil faciunt: *jam responsum est*. At cum hæc vox non ita promissis auribus exciperetur, ut prudentes viros posset decipere, fortiores milites excitantur, quorum legionem jam prænantiauerat P. Montus. Inter hosce milites ad instructissimam Probabilissimi & Rigo-riissimi Historiam machinam dirimendam designatos, primo loco occurrit P. Nicolaus Ghetius, elegantissimus ingenii vir, atque editis aliis libris illustriss. Hic Specimen Supplementorum adlaboravit, quæ Probabilissimi Historia sibi indigere visa est. Post absolutum duorum fere annorum tempore Opus, obtentamque a Præfule suæ Societatis illius evulgandi facultatem, secundum præscripta Fidei Quæstitori Medicani, ubi cudentum erat, pro illius etiam approbatione obtinendam tradidit est; ab eoque delecto censore adprobatur. At inopinato Fidei Quæstitori primo Ghetiani libri titulum, inde censoris suffragium, postremo

autographum Operis a supremis in Urbe Iudicibus Romam jubetur transmittere. *Ghetius* ex rei novitate rem male sibi parari ominatus, Opus suum recuperare fatuus duxit, & Lucam mittere ad Joannem Dominicum Mansium, celeberrimum nostræ etatis probabilissimum, quo agente *Ghetii* Opus prælo subjicitur. Sed vix inchoata editio intercipitur. Cujus rei in causa fuit Joannes Lamius, vir velint nolint ejus Adversarii, doctissimus, atque editis libris in toto litterarum Republica celeberrimus; consensu enim ipse felle imbutam scripturam adversus se, a Societatis homine compositam et Lucenibus typis prodituram, gravissimam ad Generalem Præfule[m] Societatis Jesu epistolam dedit, in eaque ipsi in memoriam revocavit: plures etætu, quem moderabatur, acerbitate plenis scripturibus innocens, virtute præstantes viros vexare ac proferendæ: horum arrogantiam grande Societatis damnum inferre, cui occurrere, dum poterat, necessario debebat: quod li id facere nequissimos, doctos prudenteq[ue] viros in eam turros sententiam, famolos libellos totius Societatis suffragio comprobari; ac propterea privatorum hominum deliramentis totam lædari Societatem. Officiosissime respondit *Lamio* Præfule Societatis: actum nempe se, ne quid in ipsum a luis exaratum Luæ prodeat. Verbis præter morem intercedente, Lucensis Magistratus proditure adversus *Lamium* litteræ vulgationem inhibuit; quam quoque fortunam expertus est *Ghetii* liber in Concina[m], cujus ea in epistola *Lamius* opportune meminert. At post mentem, nitentibus quemmaxime *Ghetii* patronis, quos hic casus vehementer afflixerat, editio rursum incepta est, ea adjecta conditione, ut pagina statim ac et prælo exhibant, Romam corrigendæ, calligandaque mitterentur. Quibus perfectis, vulgatum est cum titulo: *Saggio di Supplementorum Teologici morali critici, di cui abbozzata la Storia del Probabilissimo e Rigo-rioso*. In Luca MDCCXLV. Opus hoc septem dialogos continet, in quibus equites duo Philander atque Eudoxius colloquuntur; quos Probabilissimi & Rigo-riissimi Historiæ perterrefactos *Ghetius* solatur, & bono esse animo jubet. Quem vero ipse Concina[m] Historiæ consultationem magna molis opus esse novissit, hac illacque propterea excurrens, in non magni momenti rebus moratur, & minuta vellicando, o-

missa discussione rerum gravissimarum, Historia illius dignitate atque inconcussam fidem prodit evidentissime. Concina, Apostolici muneris caussa Romam properans, Lucam pervenit eo ferme tempore, quo absoluta fuerat horum dialogorum editio; ubi usque etiam circumstantias habuit eo loci perspectas. Comparatum horum exemplum secum Florentiam detulit, atque in Cenobio S. Marci non ultra duas hebdomadas commoratus inde responsum paravit. Quamvis enim sui Historiam nullo in capite a Ghetio labefactam facile deprehendisset, verebatur tamen ne elegans, & captiosa forma scriptio multos deciperet, ut sepe contingit. Ghetius tamen patronos excitaverat suos, ut Concinae apologia editionem impedirent. Verum illi, qui librorum editioni praesunt, tentantibus iniquitate comperta, utro libri vulgationem concesserunt (1). Itaque Venetiis A. MDCCXLV. editum est, cum humilissimo inscriptione: *Elame Teologico del Libro intitolato: Saggio di Supplementi Teologici morali critici, di cui abbolgna la Storia del Probabilismo e Rigorismo &c. stampato in Lucca l'anno 1744. dal R. P. Nicola Ghezzi.* In Pefaro (Venetiis) MDCCXLV. appressò Nicola Gavelli. In quo apologetico Opere Concinae adversarii sui potiora momenta discussit, suamque Historiam vindicavit (2). At nimia celeritate usque nonnulla praetermisit, quae Ghetio cavillandi materiam praebuerunt. Quamvis porro optaverim, ut Concina longiori examine Ghetii dialogos excussisset, summam tamen ejus ingenii promptissimam, animique praesentiam maxime suspicio, quo Ghetii librum, diuturna opera, ac duorum fere annorum labor confectum, nervose exaravit tredecim spatia dierum, quemadmodum sancte affirmant Florentini Monasterii Patres, quorum testimonium plus fidei habiturum pato, quam Ghetii locorumque ejus admirationem. Ut vero PP. Societatis cuncta, quae Concina in Historia sua defensionem vulgatarum esset, oppugnare acerbissime consulerant, sic non ita multo post editos duos illos, quos memoravimus, libros pugnam redintegrantur. Jacobus Savvitalis, quamvis satis a Concina exagitarus, tamen magister,

(1) Novelle Fiorentine *Anni MDCCXLV. pag. 367.*

(2) De hoc Opere ita Jo. Lamius in *Ephem. Florent. loc. cit. A. MDCCXLV.* Lo temè tanto il suo Averfario, che procurò in Venezia, dove in verità è stampato questo libro, che fosse foppresso; e non farebbe riuscito al nostro Autore di estrarlo, se non avesse dimoſtrato a chi comanda, di quanta importanza fosse per la buona Morale.

getur, mitius tamen atque humanius, quam ceteri, Concina excipit. Ipse tamen, & quod magis ridiculum est, Savvitalis quosque, tantopere suas in Concinae jaſtificationes, ut quasi jam publice de salustiana innumerique mendacis convictum palam postularerit, & publicis litteris aut ad reſponſionem edendam, aut ad canendam patenter excitavit. At vero post tam solemnem denuntiationem, ac reſpondendi facultas adhibuerit omnes, ut reſpondendi facultas Concinae eriperetur; qui ab le editorum librorum peccata patefaceret; imperitis vero hominibus remque incitis perſuaderent, Concinae publice salustiatu convictum, ne multare quidem esse aulum. Qua agendi ratione nihil humanius nihilque monstruosius excogitari potest. Ac revera quidem post varia media adhibita, quorum excogitatores fuit calidissimi, quod voris cupiebant omnibus, impetrarunt. Pontifex & ipse eorum artibus circumventus, Patribus Congregationis SS. Inquisitionis significavit, a vere se, ne quid ultra Concina illis de rebus conscriberet. Concina per id temporis, Neapolim praedicationis caussa properaturus, Romam pervenit, atque eorum, quae PP. decernere in animo habebant, concilium factus, comite P. Orlandio Monachorum Coſtellinorum Procuratore Generali, Gullielmum S. Officii Aſſeſſorem, ut vocant, convenit, ab eoque Romani Pontificis, Patrumque exploravit voluntatem. Gullielmus eorum apprimè gnarus, eam Patrum fore sententiam dixit, ut nil ipse ultra Savvitali Ghetioque reponeret. Erant tamen qui Patrum illorum voluntatem extendentes, ea-

que cautum putarent: interdum esse Dominicanae Familiae alumnus, ac praecipue Concinae de probabilitate adversus Ghetium, ceteroque Societatis homines quid elaboraret. Hac in sententia erat P. Thomas Ripollis Ord. Prax., ut jam diximus, Generalis Praes., qui data die 22. Febr. A. MDCCXLVI. epist. Concinae Neapoli agentem commouit: *sibi a Suprema S. Officii Congregatione in mandatis datum, ut expresse inhiheret suis, & nominatè ipsi Concinae, ne quid amplius de Probabilismo adversus Ghetium alioque Societatis Jesu scriptores vulgaretur* (1). Concina eorum, quae a Gullielmo acceperat, memor non sine admiratione sui Praesidis mandatam perlegit. Cupiens interim facti veritatem ultra cognoscere, rem, ut solebat, cum Josepho Augustino Ursino contulit. Ursinus negotiationem commendavit Cardinali Nereo Cosentino, apud quem gratia plurimum valuit. Cosinus rem totam ex ore ipsius Pontificis haurit, obtrunquavit ab eo facultatem epistolium ad Ripollum scribendi, in quo Pontifex declaravit: *mentem sui fuisse duntaxat, ut PP. Congregationis S. Officii Concinae significarent, nolle se amplius novas in Ghetium & Sanvitealem scriptioes, ac vellet omnino, ut concertatio inter ipsos exorta finiretur. Ceterum posse Concinae ipsam, ceteroque Dominicanae Familiae alumnos Probabiliorum doctrinam tanquam plausiblem atque securiorum docere, ac propagare.* Quos animi sui sensus Cardinali jussit Pontifex, ut Ripollis aperiret; quemadmodum constat ex ejusdem Cosiniani epistolo, quod haece evulgavit, ne quis fidem nostram desideret (2). Jesuitae porro totius machina-

Conservus in Domino

Fr. Thomas Ripoll. Mag. Ordinis.

- (2) Il Cardinale Cosini Protettore della Religione Domenicana per ordine ricevuto a bocca da N. S. deve spiegare al P. Reverendissimo Generale la mente della Santità Sua circa l'intenzione della Sacra Congregazione del S. Offizio nel comandare, che i suoi Religiosi tralasciassero di scrivere sulle controversie nate recentemente tra il P. Concina, e i PP. Savvitalis e Ghezzi della Compagnia di Gesù sulla materia del Probabilismo. E' mente adunque di Sua Santità, che cid s'intenda della privata grata nata tra i detti Padri nello scrivere sul Probabilismo, non volendo tra essi nuovi scritti l'un contro l'altro, né nuove repliche. Non però ha inteso, né intende mai, che l'Ordine Domenicano debba tralasciare d' insegnare, di scrivere, e di difendere la dottrina del Probabiliorismo ch'è la più plausibile e più sicura. Vuol pertanto No-

tionis auctores, si ve quod indictum Concine preceptum, quo non obscure sibi ipsis quoque silentium indicabatur, ignorarent, quod non ita facile admitterent, si ve quod verius fortasse fuerit, se neficere dissimulantes, ut Concinam acris vexarent, *Historiam Probabilissimi & Rigorissimi* impugnant perrexerunt, ut post expositam concertationem P. Bentii, dissertationis cuiusdam causa excitatam, exponemus.

CAPUT XV.

Historia Dissertationis edita a P. Bernardino Benzi S. J. in Casus reservados Venete Dioceseos; adversus quam Concina Epitola Theologico-morales scribit.

A Ntequam postremos eosque validiores PP. Societatis in *Probabilissimi & Rigorissimi* Historiam conatus memorem, celeberrime modo concertationis historiam hoc loci exordiar, & prosequar, in qua quid furor, animulque Jesuitarum in Concinam ferrox sane ac truculentus, excogitaverit, quam verissime fieri poterit, aperiam. Dabit mihi propterea lector hanc veniam, ut priore illa concertatione paululum dimissa, ab eaque digressus, ea heic persequar, que Bentiane dissertationis causa contigerunt; ne nimium quam licet, chronologico neglecto ordine rerum, vagari atque excurrere videar incertus. Id quod fidentius etiam libentiusque exequor, ut legentium animi, *Probabilissimi & Rigorissimi* nomen jam fortasse pertracti, novis controversiis expolitone reserentur, si tamen contra indignationem auctri, legere ea possunt, que contra omnes Ecclesie sanctiones, caltoris ethices dogmata, ac Christiane charitatis regulas peracta sunt. Amariorem sane calanum expolularum videtur series rerum narrandarum; sed temperabo mihi ac modum statuam, ne in idem, quod Concina inimicis sepius exprobratum, incidam vitium prociacitatis. Itaque A. MDCCXXIII, eodem scilicet tempore, quo bellum Concinam inter & Jesuitas ob *Quadragesimam Appellatam & Probabilis-*

mi Historiam forvebat, P. Bernardinus Bentius, Venetus Jesuita dissertationem edidit ita inscriptam: *Dissertatio in Casus reservados Venete Dioceseos*. Venetiis typis Lazarioni MDCCXXIII. in 4. ac in 8. Calum VIII. hinc conceptum verbis: *Quilibet impudicitia cum Monialibus facta, vel quocumque modo attentata, explanaturus Bentius*, inter alia hujusmodi quædum sibi proposuit: *an reservatorum officiarum, qui cum Moniali peragat, vel attentet actus subimpudicos de se veniales, v. g. viticare genas, mammillas tangere, & solum ex pravo affectu vel ex prava intentione mortales; cui ita satisfacit. R. Negative: nam juxta nostram regulam octavam, non nisi peccata per externam malitiam mortalia reservantur. Eere per annum Concinam latuit isthec dissertatio. At quia enormis hæc & scandalis plena sententia offenderat multos, ita non desere qui illius quæterent oppugnatores. Duo ex Capucinatorum familia Patres Hieronymus a Castro Franco, & Felix a Venetiis eam dissertationem ad Concinam detulerunt, ut ipsam a Bentio calliditate delenderet. Concina tunc temporis & sacris dissentens concionibus, & Christianæ Theologia, in quam toto pectore incumbabat, elaborandæ intentus, se tum illorum votis satisfacere haud posse respondit: facturum autem postea, cum opportuniorem occasionem, ac tempus necessarium habuisset. Interim P. Fulgentius *Cassillatus* Ord. Præd., eximie pietatis & doctrinæ Theologus, *Bentiam* admore re decrevit; probavitque Concina pii hominis consilium. Ulus est autem ad id opera Canonici Oker; qui per epistolam *Bentiam* hortatus est, ut ab se traditam in Casus VIII. explanatione doctrinam vel revocaret, antequam scandalum ulterius crederet, vel, quod erat factu facilissimum, ea sublata pagina, aliam in ejus locum succurreret. Sed frustra. *Bentius* propositi tenax tantum absuit a pii admonitionis consilio excipiendo, ut potius, die 4. Januarii A. MDCCXXIII. data ad eundem epistola, sententiam suam defendere conatus sit (1) eosque reprehenderit, qui contra sententiam. U-*

bi ma-
nistro Signore che di ciò sua Paternità Reverendissima, renda intesi tutti quei suoi Religiosi, alle orache die quali fosse pervenuto il primo suo ordine, che per altro reitera fermo solamente quanto agli scritti detti di sopra ec. *Epistola hujusce exemplar Concina misit* Ursus, *ex cujus epistola illud exscripsimus*;

(1) Primieramente da una parte la Dissertazione del P. Benzi prima di stamparsi (oltre a publici Revilori) è stata riveduta da più Teologi: dall'altra parte la medesima disser-

bi malum serpere quotidie latius, & ipsa patientia corroborari *Bentii* doctrinam Concina sensit, non diu distulit Bentiane dissertationis refutationem. Itaque duas latinas epistolas ita inscriptas edidit: *Epistole Theologico-morales ad Illustrissimum & Reverendissimum N. N. adversus librum inscriptum: Dissertatio in Casus reservados Venete Dioceseos. 4. Venetiis MDCCXXIV*. In quibus valido & vehementi stylo, quemadmodum opus erat, cum recentitiam *Bentii* (cujus tamen nomen silentio prelit) doctrinam, cum alia singularia placita ejusdem dilucit; & magno pondere monumentorum Theologico-rum egregie pertrinxit. Summo proborum omnium favore excepte fuere hujusmodi epistole, & non multo post cum Romæ, tum Lucæ, & Venetiis denno editæ sunt. Concina deinde de tradita a Bentio doctrina Josephum Augustinum Usium, tum Sac. Congregationis Indicis a secretis, certiore fecit. *Usius* idem cum *Benedictio XIV.* communicavit, qui dictis ejus vix fidem habens jussit, ut Bentiana dissertatio epistolaram fasciculo, quo Apostolice Sedis ad Venetorum Rempublicam ablegati epistola concluduntur, adungeretur. Tum vero, ea non fide animi moreore perlecta, jussit ut eadem ad sacram S. Officii Congregationem deferretur, unde, opportuno examine, damnaretur. Fama inde Bentianæ doctrinæ ubique vulgata, obliuiscerunt plerique, qui hujusmodi doctrina instauratam quodammodo lectam videbant ea longe deteriorem, quam que olim inter *Anabaptistas* exorta fuit, quorum non pauci etiam eximendum poena putaverint, non tamen crimine abolverunt juvenem illum, quem alii, coacto conventu, excommunicationi subiciendum arbitrabantur, quod manus in sinum virginis sibi

desponsate injectisset (1). Harum rerum Jesuitæ minime ignari in iis circumstantiis artes omnes in sui præsidium vocarunt. Incredible dicta est quot quanteque in Concinam per domos infimorum atque nobilium dictaverint. Nullam convicci genus fuit, quod in illum non exparet eorum sacerdotum. Graviora postmodum meditati, P. *Villarum*, Jesuitam Veneticis agentem, & magne exilimationis hominem, totius conjurationis executorem delegerunt. Hic suorum sociorum adhortationibus compulsus ad Marcum *Fuscarenum*, Virum amplissimum, atque unum e Patavinæ Academicæ Triumviris, se contulit, eique significavit, *Bentiam* Veneti Patriarchæ jussu dissertationem, *Bentium* Venetiique causam totum rones audierunt illum, cuius causam totum rones audierunt illum, adlabasse: hanc ipsamtem præfitem suum probafse suffragio, ac Parochis commendafse, ut id ipsum *Asperent omnes*. Marcus *Fuscarenus*, homo cetera oculatissimus, hominis pietatis & doctrinæ fama notissimi oratione commotus, hamum voravit. *Villarum* tum ubi se verba non inultiter fecisse novit, *Fuscarenum* acris in sententiam suam traducere sensim perexit, atque in Concinam incitare: hunc scilicet *Bentii* dissertationis oppugnatione se factiosum hominem, tumularium, ac publice quæris perturbatorem manifestasse; cen qui probatum a tanto Præfule Opus adeo insolenter exagitallet: optimum propterea sibi consilium videri *Fuscarenum* suggestit, si Conciniam epistolas, in admitti ab illarum auctore criminis poenam, sua auctoritate suppremdas curasset, quæcumque causæ ratio esset habenda. His omnibus plenam adhibens fidem *Fuscarenus* publico in Magistratu sociis suis Concine epistolaram suppremdationem commendavit non modo, sed pro ea obtinenda gravis-

dissertazione dopo la stampa seguita fin dal principio della passata Quaresima è stata letta da moltissimi Confessori Secolari, e Regolari, Parochi, ed altri Ecclesiastici anche di carattere più distinto; eppure nessuno d'essi per l'addietro ha condannata detta dissertazione. Secondariamente il P. Benzi, benchè, come è a me noto, egli si crede capace di errare, non è sì facile che abbia errato in quella materia, mentre da 24. anni, e di quelli 15. in Venezia assistè al Confessionale, e per otto anni (oltre al suo privato studio Teologico) ha insegnata la Teologia morale ec. *Allatis hinc aliquot Theologorum doctrinis propriam opinionem propugnare ac tutari nititur*. Hanc porro epistolam Bentius ad Okerium misit tanquam ab altero homine in sui apologiam compositam, revera tamen a se conscriptam, siveque mentem præferentem, ut constat ex initio alterius epistole ejusdem Bentii ad citatum Canonicum Oker: Mando a V. S. Riveritiss. l'accolta lettera (id est eam, cujus fragmentum modo adduxi) contenente il mio sentimento intorno al consapato calo, acciòche Ella possa prevalere, mostrandola a chi, e come la sua saviezza giudicherà opportuno ec.

(1) Petrus Bayle *Art. Mamillaires*.